

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

Programma In Natalem Veri Messiae Domini Nostri Jesu Christi

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734816464>

Druck Freier  Zugang



R U Progr. 1645 + 1646

1) Johann Quistorp

2) " "

3) Heinr. Schüdemann

4) " "

5) Johann Quistorp

6) Schütze 1646 Bacchanal

7) " " " resurrectio



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn734816464/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn734816464/phys_0002)

DFG

PROGRAMMA
IN
NATALEM
VERI MESSIAE DO-
MINI NOSTRI JESU
CHRISTI,

Affixum

AB

ACADEMIÆ PRORECTORË
JOHANNE QVISTORPIO,
D. Theol. Facult. Seniore.



ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr. Anno 1645.

ACADEMIA
SCHOOL OF
JOHANNES QUATLOUWI
D THESOLYTRALIS SCULPI



ROSTOCK
SCHOOL OF JOHANNES QUATLOUWI



Oc AGAMUS , o Quirites , festa lux re-
vertitur,

Qua Deus Redemtor orbis corpus hu-
manum induit ,

Confluamus æde sacra rite facturi D E o.

Hoc AGAMUS , feriemur à labore , ne Sacra

Polluantur: temperetur jurgiis & litibus:

Quisquis es Sacris favorem mente, voce commoda.

Sint procul procul profani, pura queis non est manu.

Sanctus est Puer locusque, feta sancto Spiritu

Sancta mater. Hic profani nil videre est, quæ vides.

Vos bibones atque ventres, vos trahones calicum,

Quæcis meri zythique nectar balneum est, non potio,

Seminarium duelli , cymbalum libidinis,

Qui diem nocti , diei noctis æquatis vices,

Improbum migrate morem legirupæ, dum licet.

Hos vapores , has paludes odit Infans, & fugit.

Æmuli bovem Perilli, Stentorisque filii

Qui vago noctem boatu nequietam redditis,

Quisque cœlo fulminatis ore blasphemо minas,

O bicorpores gigantes , abstinetе insanіæ,

Si salus cordi est, furoris abstinetе per Deum.

Hisce machinis fugatur Pacis auctor Pusio,

Rectius domi sacratum codicem scrutamini

Et pios versate vates. Vesta de mysterio
Verba sint nativitatis, cogitata de D E o.

Vos Dei formam gerentes servietis seculo?

Absit ut se Christianus à Jehova segreget!

Sit dies hæc festa nobis, sit sacratum gaudium!

Sed nec insuper Levitas Christianos, Numinis
Nunc-vicarios habete, qui Sacrorum interpretes
Voce publicâ Puelli prædicant miracula.
Creditis, quod hinc & illinc æra frustra tinniunt?
Quod dicitis caussâ Sacerdos ad ravim usque clamitat
Illud amsanctum VENITE? non profecto, Vox Dei est.
Heic periclitatur omnis Christianorum salus.
Qui VENIRE jam recusant, in barathrum Tartari
IRE supremo jubebit omnium judex die.

Aureum colunt virectum Protoplasti; non labor,
Non edax unquam juventæ cura florem deterit,
Cuncta fert nemus, Parentes splendidos agunt diess;
Sed furor repente mentem pœnitendus eximit.
Obtinet serpens malignus versipelli hortamine,
Ut rebelles conditori poma, nempe posteris
Et sibi funesta carpant, ambitusque illecebribus
Gaudiis æternitatis atque gloriâ cadant.
Hinc dolor, luctus, labores, cura, morborum cohors,
Hinc seges calamitatum, mors fatelles criminis.
Quà diem terris reducit imperator siderum
gneus metator æthræ: quà recondit vesperi;
Quà nivalis friget Arctos, quà meridies calet,

Heic

Heic tyrannis undiquaque jura fixit mors sua.
Quicquid intrat lucis auras, sæva collit hoc dies.
Urna sueta non moveri quodlibet moverit caput.
Interim Styx fœda flammis excubat noctes dies,
Et novas subinde prædas perditè rapax agit.
Væ nefas homunciones! vae miserrimum genus!
Scilicet mortis teneri Dæmonumque vinculis,
Quodque maximum malorum, non frui aspe^ctu DEL.

An feret Creator ergo sic perire opus suum?
Quin potens idemque justus ultor & vindicta adest.
Mittitur cœlo Redemptor: induit natus Deo
Corporis formam caduci, membra morti obnoxia.
Virgo concipit; maritus Sermc, & uxor auris est!
Quique gestatur, parentis ipsus est suæ parens.
Mira forma nuptiarum! copula novum genus!
Quid caput quassas Sophista? Virgo concipit, parit
Virgo, quæ virgo pudoris integri a partu manet.
Qui nihil destruxit intrans, exiens contaminet?
Qui venit medela ruptis, rumpat ille ac destruat?

Emica spes orbis, Infans, alme prodi Pusio,
Candidum, tenelle, terris omen arride tuis.
Te solum, vastumq; marmor credit auctorem suum.
Quicquid illa circinantis tota cœli civitas,
Quicquid astrorum senatus ambit, est opus tuum.

O dies serena salve, tuque plurimum Puer!
Te redux nascente vita nascitur, mors interit:

Manna

Manna desuper salutis, manna gratiæ pluit:
Jam caducum æternitati; terra cœlo jam coit.
Sic ades promisse terris: sic vetustas emicat.
O imagines valete, cernitur rerum fides.
Et typi valete & umbræ, conticete carmina.
Rituum quicquid verenda, quicquid occultaverat
Abditum templi penetral, virginis sinu jacet.
Nasceris, Puer, vel ima plebe despiciator.
Heic abest murex sabæus, suave balsamum & crocus:
Heic abest jaspis, beryllus, margaritum, sardonyx.
Non smaragdus, non pyropus lectulos illuminat.
Orbis immensi creator, angulo parvo jaces:
Rex supremus universi, regios cultus fugis:
Omnium dator bonorum, pauper ignoras opes:
Vestium largitor, illas despicis, fœno incubas.
Quando te tuumque specio Principale dedecus,
Cirrulata turba sordet, purpuram fastidio:
Regna, fasces, tecta sordent marmorata Principum:
Nil tropæa, nil opum vim, nil triumphos æstimo.
Scilicet sic obsoleti sub penatis sordibus
In casa despecte vagis inter halitus boum,
Atque egena grande Numen oculunt crepundia,
Ut polorum opes redones seculis mortalium.
Bajulum juxta stupenda stat pecus præsepio,
Bajulus noxæ ut proberis: debitus bos victimis
Immolandam te universi victimam mundi docet.

Euge

Euge proles alma, partes ad tuas accingere.
Vagiens jam nunc profundes lacrymas, mox sanguinem,

Qui lavet mundi reatum. Cum virum te fecerit
Firmior crescentis ætas, omne concideret chaos,
Et tibi cedet triumphum rector ipse Tartari.
Ceder omnis ægritudo : lingua rursus fabitur,
Lingua quam prius veterna vinxerant silentia.
Lectuli discedet æger ipse portitor sui :
Clausus aurium meatus vocibus capax erit :
Halitus membris redibit Sole jam carentibus
Et reconditis sepulcro: mobilis ponti liquor
Preslus ac simul fatiscens pendulam dabit viam :
Orbibus cæcis medela fiet oris nectare,
Fiet & limo salubri: busti ab antro proruens
Ad suam mentem redibit percitus furoribus.

Tunc acerbas post catenas aurea ibunt secula
Nosque libertas manebit : redditos patri ac tibi
Vita nullis terminanda recreabit seculis.

Hanc, benigne Sospitator, dum sub astris annuas
Interim fac ut fruamur, C H R I S T E, munere heic
tuo.

Diva mater faustitatis, maximum munus poli,
Ocij beata nutrix, consilique filia
Alma pax, per quam virescunt arva, crescunt mania,
Fossa ponti enavigatur, atque pinguescunt greges,

Exul

Exul orbe nos revisat. Sat profusum est sanguinis;
Et quod unice dolendum, Christiani sanguinis!
Gens suæ gentem ruinæ miscet, & pro dedecus!
Magna pars simul cadendo mutuum laudat nefas.

Fac coire, fons salutis CHRISTE, corda Princi-
pum

Dereducenda quiete: sint procul fraus & dolus:
Ambitus nihil moretursive regnandi sitis.

Sape qui sprevit superbe pacem, amore gloria,
Fædus deinde pacem perdidit cum gloria.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734816464/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734816464/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn734816464/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734816464/phys_0012)

DFG

te. Apostolus Paulus fidus Cl
geminat abijciamus opera tem
mur armis lucis , sicut in die ho
non in commessestionibus Ebr
bilibus Ebr impudicitias, non in co
latione. sed induimini dominum
Ebr carnis curam ne feceritis in
nobis inculcat hinc inde Spi
sacro codice. Quæro ex te
stianus dici affectas, cui nam
cujus monitis parere debeas
no & Salvatori, qui te carè
te sanctificavit, & Spiritu S.
minibus, an diabolo hum
infensissimo, carni in exitiu
do concitato cursu in infern
O impietatem omni sermon
Deum vindicem justissimum
omnis generis plagas, quib
mania vastatur attraxit, quæ
tentia seria averterimus, exit
rietur. Usurpat Ecclesia his
riam patientis Christi, sisti
vincula conjectum , ad inju
tractum, colaphis male tract
tur patum, virgis cæsum , spi
in crucem actum, clavis conf



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.

1180

Patch Reference number on JTT

Inch 0 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100

mm 0 10 20 30 40 50 60 70 80 90 100

4.5 5.0 5.6 6.3

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

1160 1150 1140 1130 1120 1110 1100 1090 1080 1070 1060 1050 1040 1030 1020 1010 1000 990 980 970 960 950 940 930 920 910 900 890 880 870 860 850 840 830 820 810 800 790 780 770 760 750 740 730 720 710 700 690 680 670 660 650 640 630 620 610 600 590 580 570 560 550 540 530 520 510 500 490 480 470 460 450 440 430 420 410 400 390 380 370 360 350 340 330 320 310 300 290 280 270 260 250 240 230 220 210 200 190 180 170 160 150 140 130 120 110 100 90 80 70 60 50 40 30 20 10 0

ster in
indua
ulemus,
n in cu
Tamus
ristum,
similia
tus in
s Chri
ebere,
Domi
tui qui
nis ho
s hosti
mun
erant?
! Quæ
& quæ
a Ger
i pæni
um so
nemo
lum in
es per
ito de
atum,
ta per
ossum